

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 6488

**Autre(s) référence(s) :** Bates 101

**Auteur(s) :** Guillaume de Warenne [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Cluny, Saint-Pierre et Saint-Paul (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1078-1080]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume de Warenne et sa femme Gundred donnent à l'abbaye de Cluny l'église de Saint-Pancras et une terre à Swanborough

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 101, p. 376-377.

### Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi*, 1066-1100, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 192.

Texte établi d'après a

NOTUM SIT OMNIBUS FIDELIBUS QUOD EGO WILLELMUS DE

Warenna et Gundreda uxor mea pro redemptione animarum nostrarum, consilio et assensu domini nostri regis Anglorum Guillelmi, donamus Deo et sanctis apostolis eius Petro et Paulo, ad locum Cluniacum ubi preest dominus Hugo abbas in eadem Anglorum terra ecclesiam sancti Pancracii cum his quae ad eam pertinent, et terram duarum carru carum in proprio in Suamberga, cum villanis ad eam pertinentibus, et unius in terra quae nuncupatur et villam Falemelam ubi sunt tres carrucæ proprie cum his omnibus quae ad eam pertinent, sicut tenebat eam supradicta uxor mea.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI, EGO GUILLELMUS DEI GRATIA REX ANGLORUM  
INSPIRATIONE DIVINA compunctus, pro incolomitate regni mei et salute animæ meæ, rogantibus etiam et obnixe postulantibus Willelmo de Warenna et uxore eius Gundreda, hanc inscriptam donationem quam faciunt sanctis apostolis Dei P(etro) et P(aulo) ad locum Cluniacum sigillo nostro signatam confirmo, et regali auctoritate corroboro, ut in perpetuum firma et inconcussa permaneat. Hanc donationem ita concedo ut habeam eandem dominationem in ea quam habeo in ceteris elemosinis quas mei proceres faciunt meo nutu, et hoc in ista elemosina habeam quod habeo in aliis.

+ Signum Willelmi regis Anglorum. + Signum M(athildis) reginæ Anglorum. + S(ignum) Willelmi comitis filii regis. + S(ignum) Rotberti de Bellomonte. + S(ignum) Henrici de Bellomonte. S(ignum) Rotberti Gifardi. +

S(ignum) Rogeri de Mortuomari. S(ignum) + Gosfridi de Calvomonte. + S(ignum) Radulfi dapiferi. + S(ignum)  
Mauricii cancellarii. + Signum Willelmi de Warennna. + S(ignum) Gunnoredæ uxoris W(illemi) de Warennna.